ſ illataſ contumeliaſ cum ueritate ut potuit reddere noluit cum
ſubiungit. Ego gloriam meam non quero. eſt qui querat et iudicet.
Hoc ideo reſpondit. ut nob profecto inſinuaret quantũ nos
eſſe patienteſ debemuſ. dum ille ſe adhuc non uult ipſe uindi
care. Uideo cum malorũ peruerſitaſ creſcat. non ſolum frangi p̄di
catio non debet. ſed etiam augeri. Sed cum ſuſtinere men
teſ infidelium non ualenteſ. ad lapideſ currunt. et quiſ audi
re uerba noluerunt. obruere lapidib; uoluerunt. Ihſ autem
abſcondit ſe. et exiuit de templo. Mirum ualde e fr̄s k̄mi. cur
perſecutoreſ ſuoſ dñſ ſeſe abſcondendo declinauerit. Qui ſi d
iuinitatiſ ſuę potentiam exercere uoluiſſet. tacito nutu menteſ
in ſuis eos ictib; ligaſſet. aut in poena ſubitę mortis obrueret.
Sed quia pati uenerat. exercere iudicium nolebat. Qui ergo
hoc in loco potuit manuſ lapidantium niſi abſcondendo euade
re. Cur abſcondit ſe. Quia ſicut homo inter homines factus
redemptor nr̄. alia nob uerbo loquitur. alia exemplo. Quid
autem nob hoc exemplo loquitur. niſi ut etiam cũ reſiſtere
poſſumuſ iram ſuperbientium humilit̄ declinemuſ. Unde et per paulum
dicitur. Date locum irę. Quanta humilitate iram proximi fuge
re debeat p̄pendat homo ſi furoreſ iraſcentium abſcondendo ſe de
clinauit dr̄. Nemo ſe contra acceptaſ contumeliaſ erigat. nemo
conuitiiſ conuitium reddat. Imitatione dei multo glorioſius eſt in
iuriam tacendo fugere quã reſpondendo ſuperare. Sed contra
hoc ſuperbia dicit in corde. Turpe eſt ut accepta iniuria taceaſ. Quiſ
quiſ conſpicit quia contumeliam accipiſ et taceſ. non putat quia pa
tientiam exhibeſ. ſed crimen agnoſciſ. Sed unde uox iſta in corde
nr̄o contra patientiam naſcitur. niſi quia minuſ cogitatio nr̄a figitur
in ęternitate dum in terra gloriam quaerimuſ. placere ei qui noſ de celo
conſpicit non curamuſ. Accepta ergo contumelia. meditemur in opere
uocem dei. ego non quero gloriam meam. eſt qui querat et iudicet.
Et quid abſcondendo ſe dñs deſignauit. niſi quod eiſ ueritaſ abſconditur.
qui eius uerba ſequi contempnunt. Eam quippe quã non inuenit hu
milem ueritaſ fugit mentem. Quam multi ſunt hodie qui iudeorũ